

quantum ad me et ad meos, in universis sibi apertinentibus ab omni exactione et importuna infestatione omnimodis perpetualiter sit libera, ita ut nemo meorum seu villicorum seu aliorum quisquam mihi attinentium manum invasionis ullo modo iniciat, sed ipsa in omnibus suis meo et successorum meorum defensata patrocínio per omnia prosperetur et in posterum semper incommota permaneat. Porro hac quieta libertate et tranquillitate pacis non tantum meis, sed et heredum meorum temporibus tam ad illorum quam ad meam salutem auctoritate mea ecclesie illi quiete et inviolabiliter frui datum et permissum est. Hoc factum ut ratum et inconvulsum permaneat, sigilli nostri impressione firmavimus. Et si forte quis hanc libertatis gratiam cassare et infringere presumpserit anatematis vinculo innodari meruit. Huius rei testes sunt. Clerici. Arnoldus prepositus in Hildewarshusen. Heidenricus capellanus de Crolup. Ekehardus notarius. Helwicus parrochianus in Gemunden. Laici. Comes Sigebodo de Scartfelt. Bertoldus frater eius. Hermannus de Cigenberc. Bernhardus de Plesse. Gotscalcus frater suus. Hermannus dapifer. Bertoldus de Rornevurth. Hugo de Heruersleiben et quam plures alii, qui aderant. Acta sunt hec anno M^cLXXXIII ab incarnatione domini, indictione prima, XVIII. kal. sept., regnante :Friderico Romanorum imperatore, Cristiano Maguntine: sedis archiepiscopo; data Gemunden.

(SJFR.)

482.

20 *Kaiser Friedrich I. verkündet den auf dem Hoftage zu Mailand durch den Erzbischof Konrad von Mainz mit Zustimmung der Fürsten gegebenen Rechtsspruch, daß ein geistlicher Fürst nicht verpflichtet sei, die Schulden seines Vorgängers, welche dieser ohne Zustimmung des Kaisers und ohne Rath seines Kapitels gemacht habe, zu bezahlen und daß er kirchliche Güter ohne Zustimmung des Kaisers nicht verkaufen noch verpfänden dürfe. Auf Befragen des Bischofs Roger von Cambrai*
25 *bezüglich der Verpfändungen und Schulden seines Vorgängers Alard spricht der Kaiser, daß dieselben ohne seine Zustimmung geschehen, der Bischof also durch sie in keiner Weise verpflichtet sei. — Zeuge: Landgraf Ludwig. Mailand, 1184 Sept. 22.*

Hdschr.: Kop. Perg. Cartular des Hochstifts Cambrai (Saec. XIII.) auf der Bibliothek zu Cambrai.

Gedr.: Böhmer, Acta imperii 141. Stumpf 4385.

30 — — Testes huius rei sunt. Conradus Maguntine sedis archiepiscopus. Robertus Viennensis archiepiscopus. Algisius Mediolanensis archiepiscopus. Otto Babinbergensis episcopus. Eberhardus Merseburgensis episcopus. Bertramus Metensis episcopus. Conradus Wormacensis episcopus. Henricus Virdunensis episcopus. Milo Taurinensis episcopus. Willelmus Astensis episcopus. Wala Pergamensis episcopus. Siffridus abbas
35 Hersveldensis. Gregorius Prumiensis abbas. Ludewicus lantgravius Thuringie. Henricus Wertio marchio. Gerardus comes de Lon. Henricus comes de Dietse. Theobaldus comes de Lechsgemonde. Symon comes de Spanheim. Henricus de Aldimthorph.

Datum Mediolani anno dominice incarnationis MCLXXXIII, indictione II, X. kal. octobris.